

No. 214. 1360. 3. Dec.

Dieselben überlassen aus gleichem Grunde dem Probste ansehnliche Renten, wogegen dieser einen sehr erheblich geringeren Betrag zur Verwendung bei Abhaltung von 10 Jahrgedächtnissen gewährt.

In nomine domini amen. Nos Vlricus praepositus, Conradus prior, Conradus de Lypezk, Peczoldus de Gorlicz, Theodericus de Prauczczicz, Henricus Brasiatoris, Nicolaus de Heukendorff, Petrus Heyde, Franciscus de Jockerim, Laurentius de Wylensdorff, Johannes de Ossacz canonici regulares monasterii sanctae Affrae in Mysna nunc in capitulo existentes. Quia nos invicem de communi consensu ordinationem et permutationem fecimus pro arduis negotiis ecclesiae praedictae videlicet debitis solvendis et annonis et brasiis ratione expensarum comparandis, pecuniam scilicet XIII sexag. latorum grossorum et XXVII gr., quos ad mandatum incliti principis Friderici marchionis Misnensis recipere nos oportuit, pro redemptione census in civitate Mysnensi, de areis videlicet Heydonis, Heinrici militis, Benisdorff, Petri Pena, Hofinne, de quo censu in decem anniversariis quos peragere consuevimus annuatim magister infirmariae, qui pro tempore fuerat, decem petancias dominis ministravit. Et ne idem anniversarii et petanciae ex toto annihilarentur et extinguerentur, nos unanimi consensu dictam pecuniam scilicet XIII ß et XXVII gr. praesentavimus domino nostro praeposito pro dictis causis reformandis, et iam dictus dominus noster praepositus assignavit magistro infirmariae nostrae de bonis communibus I ß latorum grossorum annui census in villa Kayn situatam, in bonis Johannis circa ripam XXX gr. et Henczelini Leman XVI cum dimidio, et Mathei XIII cum dimidio grosso, quos consueverunt dare et solvere in festo beati Michaelis pro dictis petanciis secundum ordinationem dominorum in dictis anniversariis ministrandis. Et ut haec ordinatio et permutatio maioris roboris habeat firmitatem, praesentem litteram sigillis nostris praepositi et capituli communivimus. Acta sunt haec anno domini M° CCC° LX°. in vigilia Barbarae virginis et martyris gloriosae.

Nach dem Chart. monast. s. Affrae I. fol. 12 u. II. fol. 36b.

No. 215. 1361. 4. Oct.

Dieselben beurkunden, dass ihnen Geldzinsen von zwei Gärten in Kirnitz^{a)} zu Haltung eines Jahresgedächtnisses zugeeignet worden seien.

Nos Vlricus dei gratia praepositus canonicorum regularium monasterii sanctae Affrae in Mysna, Conradus prior totusque conventus ibidem recognoscimus publice per praesentes omnibus hanc litteram inspecturis seu auditoris, quod discretus vir dominus Heynricus de Lays perpetuus vicarius ecclesiae Mysnensis dictum theoloyicum perpendens, ubi dicitur: sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare et

a) Jetzt Görnische Vorstadt von Meissen. Vgl. Bd. I. no. 278 u. ö.
COD. DIPL. SAX. II. 4.